Quelle: http://manuscripta.at/?ID=28694
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)

accessit ad eum sanctus. et imposita manu
super caput eius mox effugata infirmi-
tate. pedibus suis reversus est in pala
cium. Quis enim enarrare potest obsequia.
quanta fuit humilitas. quam dulcia col
loquia cum imperatore. pro compaciendo pau
peribus. Que omnia clementissimus imperator
humiliter audiens. benigne concessit.
Idem faustinianus quem supra meminimus.
infra hos dies accusatus imperiale in
iuriam atque sedicionem. inferri et ca
tenatus ducitur in constantinopoli. Quod ut
audivit sanctus epiphanius. ivit ad eum in
carcerem visitandi gratia. Quem ut vidit
faustinianus. exprobrans multis iniuriis
affecit. sanctus autem omnia pacienter sustinens. dixit
ei. faustiniane karissime. dic mihi quod tibi pla
cet. et ego pro te intercedam ad imperatorem.
Ille vero ut erat perfidus. magis ac magis
eum contumeliis affecit. Post non multum tempus.
in eadem custodia spiritum exhalavit. Tunc ius
sit imperator. ut omnis eius substancia ac posses
siones (in publico) describerentur. Quod ut audivit
sanctus epiphanius. accessit ad imperatorem
et dixit ei. Piissime imperator. quamquam infe
lix faustinianus perfidus et iniquus esset.
tamen uxor eius fidelis et religiosa est. Unde
precor ut substancia viri sui. in eius potesta
te maneat. hoc ut audivit imperator
a sancto. fecit secundum peticionem eius. Mulier
autem accepta potestate. tradidit omnia
in manus epiphanii. Ipse vero omnia divi
sit orphanis. viduis. ac debita hin

tibus. Illa autem diaconissa ordinata in
ecclesia. permansit in castitate.

Eccius quidam infelix episcopus relicta ca
tholica fide et hereticus factus. inimi
cus erat contrarius epiphanio sancto. Quem ipse
sepius secundum beati pauli preceptum. arguens
obsecrabat. increpabat. Sed ille miserri
mus in peius proficiebat. Quadam die dum eum
argueret et ille conaretur ei resistere.
indignatus increpavit eum dicens. Tace mi
ser. et noli hanc blasphemiam inferre
auribus meis. Qui statim mutus effectus. ultra
iam non est locutus. hoc videntes complices eius.
statim procidentes ad pedes eius. ad fidem ca
tholicam sunt conversi. Ille autem infelix post vi.
dies. et hanc vitam perdidit et illam. In di
ebus illis multe hereses erant in cypro. id est
offite. sabelliani. carpocitiani. ni
colaite. symoniani. basilidiani.
Quos beatus epiphanius sepius obsecrans predica
bat. ut ad catholicam fidem converterentur.
Sed illi in sua perfidia permanserunt. hoc
ut vidit beatissimus pater. missa legatione
ad imperatorem. ex eius precepto accepta po
testate omnes ex insula pellere. et sic quie
vit catholica ecclesia absque nequicia.

Fuerunt in alexandria tres germani
fratres. filii heraclioni prefecti. Qui omni
no consilio relinquentes secularem vitam. mo
nachi sunt effecti. abierunt autem occulte in
nitrie montem. et quiescebant ibi in psal
mis et ymnis. vigiliis et ieiuniis mi
tis. Audito hoc patriarcha theophilus.